Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-267000-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-267000-p0002-6

8705.
6/
1770 5

Q. D. B. V.

# THESES IVRIS CRIMINALIS DE PERSONARVM QVAE SECTIONI CADAVERIS INTERSVNT NVMERO ET QVALITATE

QVAS

PRAESIDE

D. CHRISTIANO GOTTLIEB HOMMELIO

TIT. DE VERB. SIGN. ET REG. IVR. PROF. PVBL. ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE

*IN AVDITORIO MAIORI*

DIE XXXI. AVGVST. CIↃIↃCCLXX.

PVBLICE DEFENDET

CHRISTIANVS FRIDERICVS KOBITZSCH

SPORA-CIZENSIS.

VITEMBERGAE

EX OFFICINA GERDESIANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-267000-p0003-1

DE
# PERSONARVM, QVAE SECTIONI CADAVERIS INTERSVNT NVMERO ET QVALITATE.

## THES. I.

Quin et Medici ſectionem et inſpectionem cadaueris humani valide peragant, haud eſt dubitandum, nec Nemeſis Carolina Art. 149. per verba Wund-Aertzte eos excluſit L. I. §. 3. ff. de extraord. cognit. L. 7. §. fin. ff. ad L. Aquil. L. 4. in fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Add. F. A. Hommel.

Diſp. *de letalitate vulnerum et inſpectione cadaueris poſt occiſum hominem* §. 13.

Diſſent. Fr. Carol. Conradi in Diſp. *de inſpectione cadaueris occiſi a ſolis medicis peracta vitioſa nec ſufficiente ad poenam ordinariam irrogandam.*

## THES. II.

Quamuis hodie plerumque medicus et chirurgus, qui curam vulneris non geſſerunt, ſimul in ſectione adhibeantur, in caſu tamen neceſſitatis et vnus chirurgus *), qui curam vulneris habuit, ſectionem perficit. Non vero pharmacopola, obſtetrix **), nec carnifex ***). Hommel. in Rhapſ. Iur. Obſ. 141. I. S. F. Boehmer in Diſp. *de legitima cadaueris occiſi ſectione* §. 10.

*) Diſſent. Lvdovici ad C. C. C. Art. 147.

**) Obſtare quibusdam videtur L. 1. pr. ff. de inſpiciendo ventr.

***) Nec officiunt varia antiquitatum germanicarum documenta, in quibus iſte, magnatum corpora cultro anatomico ſubiecit. Kress ad C. C. C. Art. 96. ſeqq. §. 2. n. 2.

THES.

## THES. III.

Iuriſiurandi de cadauerum ſectione et inſpectione vulnerum principio officii praeſtiti vis ad omnes actus ſpeciales poſt modum extenditur. Stryck de Iure Senſuum Diſp. I. cap. 2. num. 30. Quodſi de formula interpoſiti ſacramenti non conſtat, ſpeciali iureiurando ſecans et quidem ante ſectionem eſt adſtringendus, alias actus pro illegali habendus. C. C. C. Art. 149. verb. Die denn zuvor darzu vereydet werden ſollen. Hommel in Rhapſ. Iur. Obſ. 98. Diſſent. Claſſen. ad C. C. C. Art. 149. num. 4. Leyser ad Pand. Spec. 597. med. 22.

## THES. IV.

Si ſecantes de vulneris letalitate diſſentiunt, nec chirurgo, nec ei, qui vulnus medicabile fuiſſe contendit, potiores partes ſunt tribuendae *), ſed collegia medicorum ſunt conſulenda. Quodſi et haec inter ſe diſſentiant, vulnus in dubio pro non letifero habere, conſultius

eſt. F. A. Hommel. in cit. Diſp. §. 19. Io. Iac. Deinlin. Diſp. *de medico inter ſententias medico legales diſcrepantes arbitro tertio.* Contra ſi ſecantes communi conſenſu vulnera non letalia pronuntiant, regulariter facultati Medicae acta criminalia non communicantur, cum durior ſententia ab ea dictitari nequeat, et plus hic ſecantibus praeſentibus, quam aſſeſſoribus collegii abſentibus credatur. Hommel. in Rhapſ. Iur. Obſ. 270.

*) Diſſentientes adduxit Kress ad C. C. C. Art. 147. §. I. n. 3. Add. Leyser. ad Pand. Spec. 598. med. 24.

## THES. V.

Vt praeter ſecantes cadaueris inſpectio praeſente iudice, duobus ſcabinis, et actuario inſtituatur, hodie omnino adhuc neceſſe eſt. C. C. C. Art. 149. Barth in Hodeg. For. cap. VI. §. 6. Kress ad C. C. C. Art. 149. §. I. n. 1.

Contra ſentit Berger in Elect. Iuriſpr. Crim. cap. II. membr. 3. theſ. 5. Beyer in Delin. Iur. Crim. Art. 149. poſ. 16.

## THES. VI.

In iudice duo maxime hic requiruntur, vt primo iurisdictione criminali gaudeat, Ord. Prou. Sax. de an. 1550. Tit. was zu Ober- und Nieder- oder Erb-Gerichten gehört. Wernher P. V. Obſ. 121. et deinde ratione loci delicti competens ſit *). Nec ab hoc exigi poteſt, vt cadauer occiſum ad inſpectionem remittatur. Leyser ad Pand. Spec. 74. med. 9.

*) Secus ſentit Mylius ad Beyer C. C. C. Art. 146. ſeqq. poſ. 42.

## THES. VII.

Duo teſtes iurati, qui in ſectione fuerunt adhibiti, defectum ſcabinorum ſupplere nequeunt. Nec, quando in ciuitate praetori aſſeſſores certi adiuncti, iis abſentibus, alii ſenatores, vt ſcabinorum loco ſint, poſſunt adhiberi. Mylius ad Beyer. C. C. C. Art. 146. ſeqq. poſ. 43. Contra, ſi certis commiſſariis cauſa inquiſitionis et inſpectionis a Principe commiſſa,

miſſa, nonopus ſcabinis. Fr. Bened. CARPZOV. Diſp. *de ficta neceſſitate ſcabinorum in cauſa criminali, quae delegatur commiſſariis Principis.* Diſſentientes videbis in F. A. HOMMELII cit. Diſp. §. 22.

## THES. VIII.

In praefecturis Saxonicis vi Reſcripti ſpecialis ad Dicaſteria miſſi de an. 1766. quod HOMMEL. in Rhapſ. Iuris Obſ. 98. verbotenus inſeruit, loco praefecti praeſentia des Amts-Land-Richters ſufficit, et Vice-Actuarius, ſi ſimul eſt Notarius Caeſareus immatriculatus, actum ſectionis et inſpectionis in ſcripturam redigit. Quae vero ſancita ad alia iudicia trahenda haud ſunt. Conf. Deciſ. Elect. Sax. XXXVIII. Ord. Proc. Rec. Tit. II. §. 7.

Wittenberg, Diss., 1770–73
X 2283235

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-267000-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-267000-p0012-1

d ipſo-
ratione
n, quo
veritate
ſeruator
m ani-
ſe fert,
ndi, to-
enſiones
quaerit,
ns geſta.
r in ter-
s potuit
ummum
videtur.
, vt eos
ique pa-
quantum
bis arde-
pta ape-
m ſociis
m ſerua-
itate, vt
m, veri,
trimento

6/

1770 5

Q. D. B. V.

S IVRIS CRIMINALIS

DE

SONARVM

VI CADAVERIS INTERSVNT

O ET QVALITATE

QVAS

RAESIDE

TIANO GOTTLIEB

MMELIO

GN. ET REG. IVR. PROF. PVBL.

LT. IVRID. ASSESSORE

ITORIO MAIORI

AVGVST. CIƆ IƆ CCLXX.

LICE DEFENDET

FRIDERICVS KOBITZSCH

ORA-CIZENSIS.

VITEMBERGAE

ICINA GERDESIANA.

Farbkarte #13
B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches Centimetres

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-267000-p0013-7